



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Cautela Confessarii Pro Foro Sacramentali Occasione
Decretorum S. M. Alex. VII. Innoc. XI. Et Alexandri VIII. ...**

Matthaeucci, Augustín

Francofurti Ad Moenum, 1711

§. XII. Divinatio per sortes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40684

ans errant, & vendunt imperitis hominibus miserabilem servitutem.

§. XII.

Divinatio per Sortes.

24. **S**ors est actio facta, ut ejus even tu aliquid innotescat, vel fiat. Sousa citat. capit. 53. numero 1.

85. Aliæ autem sunt sortes divinato riae, quæ adhibentur ad aliquid occul tum, vel futurum sciendum. Aliæ con sultoria ad cognoscendum quid in aliquo casu agendum sit (ut ex urna elicimus, utrum anno sequenti debeamus seminar e, vel non) & aliæ divisoriae, quibus queri cur, quid in aliquo rei, vel honoris di visione sit cuique dandum.

86. In sortibus divinatoriis est semper peccatum mortale, quia in eis semper tacita invocatio Dæmonis reperitur, à quo effectus expectatur; cum neque ex divina institutione, neque ex aliqua vir tute naturali sortes illæ connexionem habeant cum eo, quod per illas inquiri tur. Quas prohibet Sextus V. in d. conf. Cœli, & terra, ibi: non sine Dæmonis fatem occulta societate, aut tacita pa tione operam dare, sed illic, ac sortibus illicitis taxillerum, granorum triceorum, vel fabarum istū uti non veni tur. Verum ignorantia à mortali po tenti excusat, juxta d. cap. 4. num. 15.

In sortibus pariter consultorii est i rem peccatum mortale, quando resolu tio expectatur à Dæmons; Non vero, quando per illas Deus consultetur. Quod tamen fieri non debet, nisi cum triplici conditione. Primò, ut non ex curiosi

Matthæucci Cantela Confess.

tate, sed ex aliqua necessitate. Secun dò, cum reverentia divini Nominis. Tertiò, ut verba Evangelii ad negotia secularia, & vana non convertantur. Primum, & secundum habetur ex cap.

Non exemplo 26. q. 2. ibi: *Si qui tamen necessitate aliqua compulsi, Deum putant sortibus exemplo Apostolorum esse consulendum; Videant, hoc ipsos Apostolos, non nisi collecto Fratrum Cœnu, & precibus ad Deum fuisse egisse. Ut in locum, scilicet Judæ, alium Apostolum substituerent, Tertium vero ex August. in Epist. 55. (alias 119.) ad Inquisit. Janua riu cap. 2. ibi. Hi vero, qui de paginis Evangelicis sortes legunt, & si oportendum est, ut hoc potius faciant, quam ad Daemonia consulenda concurrant: tamen etiam ista mibi displaceat consuetudo, ad negotia secularia, & ad vite huius vanitatem propter aliam vitam loquen tia oracula divina velle convertere. Videatur Glos. incap. Hi d. causa, & q. in verb. potius.*

Cæterum exemplo Matthiæ, non adeo facile est sortibus consultorii utendum, ut in d. cap. Nam ordinariè Deus vult suam voluntatem ab hominibus indagari aliis mediis, quam per sortes: ut, dæ monia Ecclesiæ, Doctorum, & virorum prudentum consilio, oratione, timore, & reverentia divinum implorando auxiliu.

87. Tandem, ut sortes divisoriae (quæ sunt contractus fortunæ, in quo partes conditionem & quallem subeunt acquirendi, aut perdendi) sint licite, debent nonnulla concurrere.

I. Ut eventus non expectetur à Dæ moni, nec ab astris, neque à fato, &

(R.) fortu-

fortuna, tamquam Dea, ex necessitate causante eventus humanos, prout à Gentilibus usurpabatur, sic enim foret contra Religionem: Sed sumpta præ diuina Providentia ordinante, & dispōnente causas ad talem eventum, ut notavit Majol. § 7.

II. Ut siant cum necessitate juxta Augustinum Epist. 2. 8. (alias 180.) ad Honoratum, exemplificantem in Dei Ministris, quando inter eos esset diffidium, quinam debeant tempore persecutionis manere, ne fugiantur omnium: & quinam fugere, nemore omnium deseratur Ecclesia: *Si hæc disceptatio aliter (aut) non potuerit terminari quantum mibi videatur, qui maneant, & qui fugiant, sorte legendi sunt.*

III. Ut non violetur justitia, sed illæsum servetur ius partium.

IV. Ut sortes non adhibeantur in electionibus, & beneficiis Ecclesiasticis, in quibus jure canonico prohibentur, cap. Ecclesia de sortilegiis. Nec est eis utendum in aliis rebus spiritualibus. Unde S. Congr. S. Offic. 18. Julii 1703. prohibuit quadam folia cum titulo: *Lotto spirituale per le poverté anime del Purgatorio, &c.* in quibus prescribitur modus suffragandi per quendam speciem sortis: non propter suffragia pro iisdem animabus, quæ sunt sancta, sed propter dictum titulum, & modum, qui est prophana, & christiana pietate plane indignus.

V. Ut siant cum reverentia Dei.

Quas conditiones reperiri in sortibus publicis Januensium, scripsit Campionius p. 2. cap. 36. num. 11.

88. Ad genus sortis divinatoriæ videatur spectare *purgatio vulgaris*, scilicet ex-

perimentum, quod per ferrum candens, vel aquam ferventem sumebatur ad cognoscendum, an accusatus de criminis reus esset, & purgandam accusationem occulti criminis impicti. Sed quamvis in hoc conveniat cum sortibus, tamen per ipsum, quatenus expectatur aliquis effectus miraculosus à Deo, Deus tentia videtur: pro ut expresse cap. Dilectionis de purgat. vulg.

89. Addivinationem per sortes spectat per baculum, vel arboris ramum, certa sub constellatione ex arbore absconditum certis characteribus, & signis notatum thesauros absconditos scrutari, & ubi sint absconditi, designare. Nam hujusmodi instrumenta sua natura vim nullam habent ad detegendos thesauros in terra defossos, ac in occulto absconditos. Ideo non possunt adhiberi, tamquam causa; sed adhibentur tamquam signa; & sic pertinent ad pacta quadam significacionem cum Daemonibus facta, ut loquitur Augustinus lib. 2. de doctr. christ. cap. 20.

§. XIII.

Magia Superstitionis;

90. **Q**ueritur *Quid sit hac magia?* Resp. Est facultas operandi op. Demonis mira, excedentia vires humanarum; ut, scire consilia Principum, existentium in remotissimis partibus, sanare citò hominem, &c. utrumque enim non superat vires Daemonis: nam primum potest suo celeri motu exequi defensionem ilorum notitiam; secundum vero, nobis non videntibus, applicando acci-va passivis.

Regula